

ribus idem, quoad spiritualem adventum, accidebat. Et hoc in
præfenti loco vers. seq. 5 statim indicat Petrus: *Deus superbis RE-*
SISTIT (in presenti) & humilibus dat gratiam. sic omnes dicitur in
æternam gloriam vocare v. 10. omnes dicuntur per, & propter
adventum mysticum esse in Christo Jesu v. 14. *Pax sit vobis omnibus,*
qui ESTIS in Christo Jesu. (3) sed futurus; nam hic adventus à
reliquis adventus modis, tanquam futurus, contradistinctur,
dum adventum gloriæ demum in Novissimo die celebrabit,
sicut passim ipse Christus testatus est.

17. II. Ratione numeri quoq; Proprietas allegatur, quod
unus, non geminus, neque multus gloria futurus sit adventus, quia
semel tantum adveniet Christus Dominus ad iudicium, per
gloriosum adventum, sicut ipse Christus sæpius testatur in
historiis Evangelistarum: hac vice saltem locum ex processu
judiciali notabimus *Matth. XXV. 31 Cum a. venerit filius hominis*
in maiestate sua, & omnes Angeli cum eo, tunc sedebit super sedem
Majestatis sue; & congregabuntur ante eum omnes gentes &c.
Valeant ergo moderni Fanatici, qui, contra tot ipsius Christi
Salvatoris vaticinia, geminum somniant adventum Christi,
priorem ad Regnum aliquod his in terris, posteriorem ad ipsam
gloriæ Regnum in cælis.

18. III. Ratione Verbi proprietas certitudinis allegatur,
cum hoc loco certa quædam per Apostolum prævisio propo-
natur: *So werdet ihr/ inquit B. Lutherus, quod promissum*
etiã, tñ in originali textu, κομιῆδε, tum in versionibus insinuatur,
& alias Dei verbum est certum, πισὸς ὁ λόγος, καὶ πάσης ἀποδο-
χῆς ἔξιος, I. Tim. I. 16. βεβαίωτερον ὁ λόγος II. Petr. I. 19. verbum pro-
missionis, & quidem divinæ promissionis: omnes autem pro-
missiones sunt etiam, & Amen, II. Cor. I. 20.

19. IV. Ratione modi generalis, Manifestus adventus, dicitur, dñ erit
ἐρχομενος, φανερόθεν Principis Pastorum manifestandi, quæ
manifestatio visibilis erit, vet *φανέρωτα*, sicut alias appellatur
II. Thess. II. 8. I. Tim. VI. 14. II. Tim. I. 20. c. IV. 18. Tit. II. 23. vocatur
etiã φανέρωσις Col. III. 4. I. Joh. II. 28. III. 2 dicitur etiam ἀποκαλύψις
I. Cor. I. 7. II. Thes. I. 7. &c. Sic etiam illustratur per adjecta quæ-
dam